

Les prodiges / Traduction nouvelle par M. Victor Verger.

Contributors

Obsequens, Julius.
Verger, Victor 1792-1849

Publication/Creation

Paris : C.L.F. Panckoucke, 1842.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/nkurfp2z>


License and attribution


This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.


You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>








SECONDE SÉRIE
DE LA
BIBLIOTHÈQUE
LATINE-FRANÇAISE

DEPUIS ADRIEN JUSQU'A GRÉGOIRE DE TOURS

publiée

PAR C. L. F. PANCKOUCKE

OFFICIER DE LA LÉGION D'HONNEUR



Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Wellcome Library

LES PRODIGES
DE
JULIUS OBSEQUENS

TRADUCTION NOUVELLE

PAR M. VICTOR VERGER

De la Bibliothèque Royale



PARIS

C. L. F. PANCKOUCKE, ÉDITEUR

OFFICIER DE L'ORDRE ROYAL DE LA LÉGION D'HONNEUR

RUE DES POITEVINS, 14

1842



NOTICE

SUR JULIUS OBSEQUENS.

L'AUTEUR du *Liber de Prodigiiis* est un de ceux sur lesquels on n'a que de bien faibles notions ; aussi sommes-nous forcé de nous en tenir à reproduire ici, à peu de choses près, ce que contient l'article publié par nous sur cet écrivain dans la *Biographie universelle* de M. Michaud (tome xxxi, page 478). Julius Obsequens vivait, selon les conjectures les plus vraisemblables, dans la dernière moitié du iv^e siècle, un peu avant le règne de l'empereur Honorius, et il était contemporain de l'historien Paul Orose. Son *Livre des Prodiges*, le seul ouvrage par lequel il se soit fait connaître, est extrait, en grande partie, des historiens qui l'ont précédé, et principalement de Tite-Live. Aussi crédule que ce dernier, Obsequens emprunte souvent ses expressions sans se mettre en peine de rien vérifier. Une partie du *Livre des Prodiges* a été perdue ; ce qui nous en reste s'étend depuis le consulat de L. Scipion et de C. Lélius jusqu'à celui de P. Fabius et de Q. Élius, c'est-à-dire depuis l'an 254 jusqu'à l'an 11 avant Jésus-Christ. Conrad Lycosthènes a fait, pour remplacer ce qui est perdu, des suppléments qu'il a extraits de Tite-Live, de Denys d'Halicarnasse, d'Eutrope et d'Orose, ainsi qu'il le déclare lui-même dans sa préface¹. Si l'on veut comparer le style d'Obsequens avec celui de plusieurs autres écrivains latins des iii^e et iv^e siècles, on y trouvera plus de simplicité et de clarté, et l'on pourra remarquer qu'il n'est point tombé dans cette obscurité qui était le défaut presque général des auteurs d'une époque où la langue latine perdait chaque jour de son ancienne pureté. Lycosthènes est le pre-

¹ Ces suppléments, pour les distinguer du texte de Julius Obsequens, ont été placés entre des crochets.

mier qui, après avoir rempli par ses suppléments les lacunes de Julius Obsequens, en ait donné une édition séparée. Jusque-là cet auteur n'avait été publié qu'avec un abrégé des *Hommes illustres* d'Aurélius Victor, mal à propos attribué à Pline, ou bien à la suite des *Grammairiens et rhéteurs célèbres* de Suétone. Les éditions de Julius Obsequens, antérieures à celle que l'on doit à Lycosthènes, sont au nombre de quatorze, dont la première, édition des Alde, imprimée à Venise en 1508, est estimée, mais fort rare. L'édition de Conrad Lycosthènes, avec les suppléments, fut publiée à Bâle, chez Oporin, en 1552. Les éditions postérieures sont au nombre de six, dont la meilleure est celle de Hof, 1772, contenant les suppléments de Lycosthènes, et accompagnée des commentaires de J. Scheffer et François Oudendorp. Il existe de Julius Obsequens une vieille traduction française sous ce titre : *Iules Obsequent des Prodiges, plus Trois liures de Polydore Vergile sur la mesme matiere : traduit de latin en françois par George de la Bouthiere, Autunois. A Lyon, par Ian de Tournes, M. D. LV, in-8°*. Julius Obsequens a été aussi traduit en italien par D. Maraffi. Lyon, J. de Tournes, 1554, in-8°.

V. VERGER.

LES PRODIGES.

JULII OBSEQUENTIS PRODIGIORUM

LIBELLUS.

I. Romulo regnante.

[PARENS conditorque Urbis Romulus¹, quum jam Fidenas oppidum cepisset, coloniamque Romanorum fecisset, guttæ sanguinis e cœlo magna omnium admiratione ceciderunt. Statim pestis Urbem invasit, quæ hominibus absque ulla ægrotatione mortem inferret subitam; sterilitas quoque agrorum et frumentorum omnium, præcipue tamen annonæ summa inopia sequuta est. In quæ mala posteaquam Laurentes incidissent, omnino visum est, Tatii et legatorum cæde violato jure gentium, utrique civitati iram numinis expiandam esse. Quare, deditis cædis auctoribus et ab utrisque supplicio affectis, ab iis malis manifeste se receperunt. Romulus expiationibus civitates expurgavit, quas longo deinceps tempore ad portam Ferentinam observatas, memoriæ traditum est. Verum editis jam immortalibus operibus, quum ad Capream paludem

LE LIVRE DES PRODIGES

DE JULIUS OBSEQUENS.

I. Sous le règne de Romulus (1).

APRÈS que Romulus, père et fondateur de la ville de Rome, eut pris la ville de Fidènes, et en eut fait une colonie des Romains, des gouttes de sang tombèrent du ciel, au grand étonnement de tous. Aussitôt il se répandit dans Rome une peste qui frappait de mort subite les hommes, sans qu'ils se sentissent atteints d'aucun mal. Ensuite la stérilité s'étendit sur toutes les campagnes ; les moissons périrent, et la rareté des denrées devint excessive. Les Laurentins étant aussi tombés en proie à ces maux, on fut unanimement d'avis que l'une et l'autre ville devaient se mettre en devoir d'apaiser la colère des dieux, irrités de ce qu'on avait violé le droit des gens par le meurtre de Tatius et des ambassadeurs. Les auteurs du meurtre ayant donc été, de part et d'autre, livrés et punis, ce fut évidemment à leur supplice qu'on dut la fin de ces calamités. Romulus purifia les villes voisines, au moyen de certaines cérémonies expiatoires, qui, s'il faut en croire la tradition, furent encore pratiquées longtemps après, à la porte Féréntine. Un jour que ce roi,

(1) An de R. 16.

concionem ad milites haberet, subita coorta tempestas cum magno fragore, tonitribusque, tam denso regem operuit nimbo, ut conspectum ejus concioni abstulerit, nec deinceps unquam in terris apparuerit. Romani autem milites a Julio Proculo edocti, ad deos regem raptum esse, divinos statim illi honores exhibuerunt.]

II. Numa Pompilio regnante.

[Annum jam octavum regnante Numa, morbus pestifer Italiam occupans, Romam quoque invasit; mœrentibus vero cunctis, peltam æneam e cœlo in Numæ manus decidisse, memoriæ proditum est: quæ in Urbis salutem a superis missa credebatur. Ad cujus figuram quum Numæ instinctu undecim a Veturio Mamurio insigni artifice fabricatæ essent, Salii Martis sacerdotes ad earum custodiam a rege instituti sunt.]

III. Tullo Hostilio regnante.

[In monte Albano lapidibus pluit, quod quum credi vix posset, missis ad id visendum prodigium, in conspectu haud aliter, quam quum grandinem venti glomeratam in terras agunt, crebri cecidere de cœlo lapides. Vox ex summi cacuminis luco audita est, quæ monebat, ut patrio ritu sacra Albani facerent. Novemdiale igitur sacrum

déjà couvert de gloire par une foule d'actions immortelles, haranguait ses troupes aux environs du marais de Caprée, il s'éleva tout à coup une bruyante tempête, mêlée de tonnerres, pendant laquelle il se trouva enveloppé d'un nuage si épais, que tous ceux qui étaient présents le perdirent de vue; et de ce moment il ne reparut plus sur la terre. Or, les soldats romains, ayant appris de Julius Proculus que leur roi avait été enlevé au séjour des dieux, s'empressèrent de lui décerner les honneurs divins.

II. Sous le règne de Numa Pompilius ⁽¹⁾.

La huitième année du règne de Numa, une maladie pestilentielle, qui désolait l'Italie, exerça aussi ses ravages dans Rome. Pendant que chacun était plongé dans la douleur, le bruit se répandit qu'un bouclier d'airain était tombé du ciel entre les mains de Numa; on s'imagina que les dieux avaient envoyé ce bouclier pour le salut de la ville. Numa, profitant de cette croyance, en fit fabriquer par Veturius Mamurius, ouvrier très-habile, onze de même forme; et ce roi institua, pour les garder, les Saliens, prêtres de Mars

III. Sous le règne de Tullus Hostilius ⁽²⁾.

Il plut des pierres sur le mont Albain. Cet événement parut si extraordinaire, qu'on envoya des hommes pour constater la réalité d'un tel prodige. Ceux-ci virent, en effet, les pierres tomber du ciel en aussi grande quantité que la grêle agglomérée, lorsque les vents la poussent vers la terre. On entendit sortir, d'un bois sacré situé au sommet de la montagne, une voix qui avertissait

(1) An de R. 49. — (2) An de R. 111.

publice susceptum est, et solemne mansit, ut quando-
cunque idem prodigium nuntiaretur, feriæ per novem
dies agerentur. Haud ita multo post gravi pestilentia la-
boratum est. Hostilius dum Numam sacrificiis imitatur,
Jovi litare non potuit, sed fulmine ictus, cum regia
conflagravit.]

IV. Ancō Martio regnante.

[Lucumo Græci Demarati filius, ac Aruntis frater,
generosus adolescens, quum parente apud Tarquinius de-
functo, divenditis bonis omnibus Romam migraret, Ja-
niculoque jam appropinquaret, in carpento cum uxore
sedenti, aquila e sublimi dimissa pileum sustulit; atque
mox super carpentum cum magno clangore volitans,
rursus velut ministerio divinitus missa, capiti apte repo-
suit. Quo viso, Tanaquil auguriorum perita, eo prodigio
regnum ei portendi intellexit. Pecunia igitur et industria
dignitatem, atque etiam Anci regis familiaritatem conse-
quutus, atque ab eodem tutor liberis relictus, dum Tar-
quinii Prisci nomen sibi vindicaret, post Anci mortem
regnum intercepit, atque ita administravit, quasi jure
adeptus fuisset.]

les Albains d'offrir des sacrifices d'après les rites observés par leurs ancêtres. On célébra donc publiquement un sacrifice novemdial, qui, dès lors, demeura solennel, afin que, toutes les fois qu'il surviendrait un pareil prodige, on eût soin d'observer neuf jours de fêtes. Peu de temps après, une peste désastreuse exerça ses ravages. Hostilius, ayant voulu offrir des sacrifices à la manière de Numa, ne put sacrifier à Jupiter, et fut frappé de la foudre, qui le consuma dans son palais.

IV. Sous le règne d'Ancus Martius (1).

Lucumon, fils du Grec Démarate, et frère d'Aruns, était un jeune homme capable des plus nobles résolutions. Ne voulant pas rester à Tarquinies, où la mort venait de lui ravir son père, il avait vendu tous ses biens, et allait à Rome pour s'y fixer. Comme il approchait du mont Janicule, assis dans un char avec son épouse, un aigle descendu d'en haut lui enleva son bonnet. Bientôt après, le même aigle revint voltiger avec grand bruit au-dessus du char, et, comme s'il eût été envoyé exprès par les dieux, il remit adroitement le bonnet sur la tête de Lucumon. Tanaquil, habile dans la science des augures, crut apercevoir dans cet événement un présage de royauté en faveur de son époux. En effet, Lucumon, après s'être acquis beaucoup de crédit par sa fortune et son habileté dans les affaires, parvint à s'insinuer dans les bonnes grâces du roi Ancus. Choisi par lui pour tuteur de ses enfants, il s'empara du trône à la mort de ce roi, sous le nom de Tarquin l'Ancien, et il exerça l'autorité souveraine avec aussi peu d'obstacle que s'il eût été un successeur légitime.

(1) An de R. 128.

V. Tarquinio Prisco regnante.

[Finito bello Sabino, quum Tarquinius Priscus in monte Tarpeio ædem Jovis, quam in eodem bello voverat, ædificare vellet, et jam exaugurare fana sacellaque alia juberet, ut libera a ceteris religionibus area esset, jamque omnium sacellorum exaugurationes admitterent aves, in Termini tantum fano nequaquam addixere. Quod prodigium firma stabiliaque cuncta portendere, Romanis visum est. Sequutum est et aliud prodigium, magnitudinem imperii portendens. Nam posteaquam futuri ædificii fundamenta aperiret, caput hominis integra facie, recenti tamen tabo et sanguine aspersum, in imo reperi-
tum est. Cujus prodigii gratia aruspices interrogati, responderunt, hunc locum non imperii tantum Romani, sed totius etiam mundi caput fore.]

VI. Servio Tullio regnante.

[Bos in Sabinis, Androno Coratio Latino, miranda magnitudine ac specie nata est : cujus gratia quum aruspices interrogarentur, responsum est, eum populum summam imperii habiturum, qui prius bovem illam immolasset. Latinus igitur bovem in Aventinum egit, et causam sacerdoti Romano exposuit. Ille vero astutus, dixit prius eum vivo flumine manus purgare debere. At

V. Sous le règne de Tarquin l'Ancien (1).

Après la guerre contre les Sabins, Tarquin l'Ancien voulant, conformément à un vœu qu'il avait fait pendant cette guerre, élever un temple à Jupiter sur le mont Tarpéien, commanda que les autres temples et édifices sacrés fussent rendus profanes, afin d'affranchir celui de Jupiter de la concurrence des autres cultes; mais le vol des oiseaux, qui s'était montré favorable à ces profanations de tous les autels, s'y trouva tout à fait opposé à l'égard d'un seul temple, celui du dieu Terme. Ce prodige parut annoncer aux Romains que tout ce qu'ils feraient serait ferme et stable. Il fut suivi d'un autre qui annonçait la grandeur de leur empire; car, comme on creusait des fondements pour la construction du temple, on trouva, fort avant dans la terre, une tête d'homme dont les traits étaient parfaitement conservés, et couverte d'une sanie et d'un sang qui semblaient récemment sortis. Or, les aruspices, après avoir été interrogés au sujet de ce prodige, déclarèrent que ce lieu ne serait pas seulement le siège de l'empire romain, mais qu'il le deviendrait aussi du monde entier.

VI. Sous le règne de Servius Tullius (2).

Au territoire des Sabins, une vache d'une grandeur et d'une grosseur monstrueuses étant née dans les étables d'Andronus Coratius Latinus, les aruspices, interrogés, répondirent que le peuple qui immolerait le premier cette vache, obtiendrait la souveraine autorité. Latinus conduisit donc sa vache au mont Aventin, et expliqua au prêtre romain la cause qui la lui faisait amener. Mais le prêtre rusé, après avoir dit à Latinus qu'il devait d'abord

(1) An de R. 158. — (2) An de R. 201.

Latinus dum ad Tyberis profluenta descendit, Romanus illo absente bovem immolavit, et sic imperium civibus, sibi vero gloriam facto consilioque vindicavit.]

VII. Tarquinio Superbo regnante.

[Tarquinius quum jam Signiam, Cerceiosque colonos misisset, præsidia Urbi terra marique futura, prodigium horribile visum est. Anguis enim ex columna lignea elapsus, non tantum terrorem fugamque in regia fecit, sed ipsius etiam regis animum subito pavore perculit, anxiiisque curis universos implevit. Aquilæ etiam, quæ regiæ incumbabant, nidum fecerunt, in quo pulli subito vulturum incursu discerpti sunt : quod mali imminentis prodigium esse putabant. Mox cum Rutulis bellatum, Ardea obsessa; et post nefandum Tarquinii cum Lucretia facinus, reges sunt exacti. Tarquinius autem dum Gabios, tanquam in regnum suum proficisceretur, canis et serpens etiam verbis expressis sunt loquutæ.]

VIII. L. Junio Bruto, L. Tarquinio Collatino, coss.

[Silentio noctis, ex sylva Arsia, ingens vox audita est, quæ Sylvani credita est fuisse. Proclamavit autem, in acie Romanorum contra Veientes, uno plus Hetruscorum cecidisse, et vicisse bello Romanum.]

purifier ses mains par l'eau vive, saisit le moment où celui-ci descendait vers le courant du Tibre, immole la vache pendant son absence, assure, de cette manière, l'empire à ses concitoyens, et se couvre de gloire par son action et son heureux stratagème.

VII. Sous le règne de Tarquin le Superbe (1).

Après que Tarquin eut envoyé à Signie et à Cercée des colons, pour concourir à la défense de la ville, tant par mer que par terre, il arriva un prodige effroyable. Un serpent, sorti d'une colonne de bois, non-seulement causa dans le palais du roi l'épouvante et la fuite, mais frappa l'esprit du roi lui-même d'une terreur soudaine, et jeta tout le monde dans la consternation. Le comble du palais servait de retraite à des aigles, qui y firent leur nid : des vautours fondirent tout à coup sur les aiglons, et les mirent en pièces ; ce qui fut regardé encore comme le présage d'un désastre imminent. En effet, une guerre éclata bientôt contre les Rutules, Ardée fut assiégée ; et les rois furent chassés de Rome, après l'attentat de Tarquin sur la personne de Lucrece ; enfin, pendant que Tarquin se retirait à Gabie, comme dans son royaume, on entendit un chien et un serpent proférer des paroles.

VIII. Sous les consuls L. Junius Brutus et L. Tarquin Collatin (2).

Dans le silence de la nuit, on entendit sortir de la forêt Arsie une voix forte, que l'on crut être celle d'un sylvain. Cette voix criait que, dans le combat des Romains contre les Véiens, une moitié de plus avait péri du côté des Étrusques, et que la victoire était demeurée aux Romains.

(1) An de R. 244. — (2) An de R. 245.

IX. P. Posthumio Tuberto II, Agrippa Menenio Lanato, coss.

[Hastæ militares ad multam noctem in cœlo ardentes visæ. Sequuta est tertia Sabinorum in Romanorum agros irruptio, qua Posthumius consul magnam accepit ex sua indiligentia cladem; quam ejus collega nisi mox vindicasset, male de republica Romana actum esset. Duæ Romanorum coloniæ, Pometia et Cora, ad Aruncos defecerunt, et contra Aruncos bellatum.]

X. T. Ebutio, C. Vetsio, coss.

[Aulus Posthumius dictator, quum contra Latinos, qui in Romanos conjuraverant, ad lacum Regillum pugnaret, ac victoria jam nutaret, duo juvenes candidis equis insigni virtute apparuerunt, pro Romanorum salute fortissime dimicantes; quos dictator post victoriam quæsitos, ut dignis muneribus honoraret, non invenit, Castorem et Pollucem ratus.]

XI. M. Fabio Vibulano, L. Valerio Potito, coss.

[Quotidie cœlestia prodigia in Urbe et agris visa sunt, minas ostentantia. Mox Oppia, virgo vestalis, quam tamen alii Popiniam, alii Popiliam vocant, incesti damnata, pœnas dedit. Anno sequenti, non segnior discordia domi et bellum foris atrocius fuit: ab Æquis arma

IX. Sous les consuls P. Posthumius Tubertus II, et Agrippa Menenius Lanatus⁽¹⁾.

Au plus épais de la nuit, on vit dans le ciel des lances ardentes. Immédiatement après, les Sabins firent sur le territoire de Rome une troisième irruption, pendant laquelle le consul Posthumius éprouva une grande défaite par sa négligence : si cette défaite n'avait pas été bientôt vengée par son collègue, c'en était fait de la république romaine. Deux colonies des Romains, Pométie et Core, passèrent du côté des Arunces, ce qui donna lieu à une guerre contre ceux-ci.

X. Sous les consuls T. Ebutius et C. Vetusius⁽²⁾.

Pendant que le dictateur Aulus Posthumius combattait près du lac Régille, les Latins conjurés contre les Romains, lorsque déjà la victoire était chancelante, deux jeunes gens pleins de vigueur, montés sur des chevaux blancs, parurent tout à coup, combattant avec intrépidité pour le salut des Romains. Le dictateur, après la victoire, les fit chercher ; il voulait honorer leur courage par des récompenses qui en fussent dignes. Comme on ne les trouva point, il crut que ces deux guerriers étaient Castor et Pollux.

XI. Sous les consuls M. Fabius Vibulanus et L. Valerius Potitus⁽³⁾.

Tous les jours, à la ville et à la campagne, on aperçut dans le ciel des prodiges menaçants. Peu de temps après, la vestale Oppia, appelée Popinia par les uns, et par d'autres Popilia, fut punie de mort, pour avoir manqué à son vœu de chasteté. L'année suivante, pendant qu'au

(1) An de R. 251. — (2) An de R. 255. — (3) An de R. 271.

sumpta, et Veientes in agros Romanorum incursiones fecerunt.]

XII. M. Fabio II, Cn. Manlio Cincinnato, coss.

[In bello contra Veientes, Manlii prætorium de cœlo tactum, laceratum fulmine tentorium, eversus focus, arma fœdata, ambusta, ac in totum contrita; occisus eximius equus, quo in præliis uti consueverat. Interrogati igitur interpretes prodigiorum, responderunt, significare castrorum oppugnationem, et clarissimorum virorum interitum. Cum Hetruscis cruento prælio pugnatum. Q. Fabius, Marci frater, bis consul, et tunc legatus, lancea per pectus ictus interiit. Manlius consul in clade occubuit, et vallum Romanorum captum est.]

XIII. Q. Servilio Prisco II, Sp. Posthumio Lavinio Regillensi, coss.

[Cœlum ardere visum, et annus tam hominibus, quam pecori longe fuit pestilentissimus. Æqui Antiatum suscipientes exsules, contra fœdera cum Romanis facta, excursiones in Latinorum agros fecerunt. Contra quos anno sequenti missus Q. Fabius Vibulanus, qui prius pacem cum iis fecerat, strenue pugnavit. Verum quum se ad Volscos attraxissent, et fides Antiatum laboraret, cum ingenti exercitu iterum in Romanorum agros populandi gratia ingressi, a Posthumio victi atque fugati sunt.]

dehors la guerre se poursuivait avec acharnement, une violente discorde éclata dans l'intérieur; les Èques prirent les armes, et les Véiens firent des incursions sur le territoire des Romains.

XII. Sous les consuls M. Fabius II et Cn. Manlius Cincinnatus (1).

Dans la guerre contre les Véiens, la foudre tomba sur la tente de Manlius; la toile en fut déchirée, et le foyer démoli : il eut ses armes souillées, brûlées et brisées entièrement. Le même coup tua le superbe cheval qu'il avait coutume de monter les jours de bataille. Les interprètes des prodiges, interrogés à ce sujet, répondirent que cet événement annonçait l'attaque du camp et la mort de très-illustres personnages. Il se livra contre les Étrusques un combat sanglant : Q. Fabius, frère de Marcus, deux fois consul et alors lieutenant, fut tué d'un coup de lance dans la poitrine; le consul Manlius périt dans la défaite, et les retranchements des Romains furent emportés.

XIII. Sous les consuls Q. Servilius Priscus II et Sp. Posthumius Lavinius Regillensis (2).

Le ciel parut embrasé, et l'année fut extrêmement funeste à la santé des hommes et des bestiaux. Les Èques, en recevant les exilés des Antiates, violèrent leur traité avec les Romains, et firent des excursions sur le territoire des Latins. Q. Fabius Vibulanus, qui avait fait avec eux un premier traité de paix, fut envoyé contre eux l'année suivante, et les combattit vigoureusement; mais, réunis aux Volsques, et forts des mauvaises dispositions des Antiates, ils entrèrent de nouveau, avec une grande armée, sur le territoire des Romains, pour y commettre des ravages. Posthumius les vainquit et les mit en fuite.

(1) An de R. 274. — (2) An de R. 288.

XIV. A. Posthumio Albino Regillensi, Sp. Furio Medullino Fusco, coss.

[Cœlum iterum ardere visum plurimo igni, portentaque alia aut observata oculis, aut vanas exterritis ostentavere species. Quibus avertendis terroribus, in triduum feriæ indictæ : per quas omnia delubra, pacem Deum exposcentium virorum, mulierumque turba implebantur. Bellum gestum est cum Æquis, contra quos Furius primum parum feliciter, Posthumius vero prospere pugnavit. Antiates milites, propter serum auxilium, cum ignominia sunt dimissi. Anno vero sequenti, pestis crudelissima Romæ grassata est.]

XV. T. Lucretio Tricipitino, T. Veturio Gemino, coss.

[Iterum cœlum ardere visum, et bos loquuta. Æqui omissis Latinis, Hernicisque, properato itinere Romam properarunt, ut ob juventutis absentiam urbem caperent, qui tamen a Lucretio mox circumventi, ac magna strage fugati sunt. Volscorum agri a Veturio vastati sunt, quorum etiam nomen fere eo anno deletum est.]

XVI. P. Volumnio Amentino, Servio Sulpitio Camerino, coss.

[Terra ingenti motu concussa, bos loquuta, et cœlum iterum ardere visum, cui rei priore anno fides non fuerat data. Variæ spectrorum facies, horrendæque voces oculis et auribus hominum observatæ sunt. Carne pluit, quæ

XIV. Sous les consuls A. Posthumius Albinus Regillensis et Sp. Furius Medullinus Fuscus ⁽¹⁾.

Le ciel parut de nouveau embrasé d'un grand nombre de feux, et l'on vit d'autres prodiges réels, sans parler des vains fantômes que crurent apercevoir des esprits épouvantés. Pour détourner de pareilles terreurs, on ordonna trois jours de fêtes, pendant lesquels tous les temples furent remplis d'hommes et de femmes venant en foule demander la paix aux dieux. On eut, contre les Éques, une guerre que Furius conduisit d'abord assez malheureusement, mais que Posthumius termina avec avantage. Les troupes antiates, pour être venues trop tard au secours, furent ignominieusement congédiées. L'année suivante, la peste exerça dans Rome les plus cruels ravages.

XV. Sous les consuls T. Lucretius Tricipitinus et T. Veturius Geminus ⁽²⁾.

On vit encore le ciel embrasé comme auparavant, et une vache proféra des paroles. Les Éques, sans attendre les Latins et les Herniques, marchèrent à grandes journées vers Rome, dans l'espoir de s'en emparer pendant que la jeunesse en était absente; mais bientôt ils furent cernés par Lucretius, qui en fit un grand carnage, et les mit en déroute. Veturius ravagea le territoire des Volsques, dont, cette année, le nom même fut presque anéanti.

XVI. Sous les consuls P. Volumnius Amentinus et Servius Sulpitius Camerinus ⁽³⁾.

La terre fut agitée par de violentes secousses, une vache parla, et, ce que, l'année précédente, on n'avait pas voulu croire, le ciel parut de nouveau tout en feu. Des spectres de formes diverses et des voix épouvantables

(1) An de R. 290. — (2) An de R. 292. — (3) An de R. 293.

nivis instar e cœlo, frustis majoribus et minoribus demissa, ab omni genere avium intervalantium direpta, priusquam terram attingeret; reliquum vero quod intercidit, in Urbe agrisque sparsum jacuit multo tempore, nec colore mutato, nec odore, contra morem veterascantium carniū. Id vates indigenæ interpretari non potuerunt. Libri autem Sibyllini monuerunt, cavendum ab externo hoste, et civium seditionibus. Hoc autem anno lex Terentilla maximo conatu, de decemviris creandis tentata est, maximæque subortæ inter patricios et plebeios dissensiones. Proximo autem anno exsules Romani ac servi numero MMMM, duce Appio Herdonio Sabino, Capitolium occuparunt, unde non absque magna civium strage sunt expulsi.]

XVII. L. Minutio Carbeto, C. Nautio Rutilio, coss.

[Lupi in Capitolio visi, qui a canibus fugati sunt. Cujus prodigii causa totum Capitolium est lustratum. Æqui, quibus superiore anno pax data erat, fracto fœdere, duce Graccho Chœlio Latinum agrum ac Tusculanum populati, in Algido castra locarunt: contra quos L. Minutius profectus, infeliciter in castris obsessus, ac demum a Quintio Cincinnato liberatus est. Æqui victi, ac sub jugum missi sunt.]

frappèrent à la fois les oreilles et les yeux ; il plut de la chair, qui, tombant du ciel en manière de neige, et en fragments plus ou moins gros, était dévorée par toutes sortes d'oiseaux volant parmi, avant de tomber jusqu'à terre : le peu qui atteignit le sol, soit dans les champs, soit dans la ville, y demeura longtemps épars, sans altération de couleur et sans odeur, contrairement à ce qui arrive d'ordinaire à de vieilles chairs. Les devins du pays ne purent donner l'explication de ce prodige ; mais les livres Sibyllins avertirent qu'on eût à se garder des ennemis du dehors et des séditions du dedans. Or, cette année, on tenta les plus grands efforts pour faire passer la loi Terentilla, concernant la création des décemvirs ; et il en résulta de très-grandes dissensions entre les patriciens et les plébéiens. L'année d'après, les Romains bannis et les esclaves, au nombre de quatre mille, sous la conduite d'Appius Herdonius Sabinus, se rendirent maîtres du Capitole, d'où l'on ne parvint à les chasser qu'après avoir perdu un grand nombre de citoyens.

XVII. Sous les consuls L. Minutius Carbetus et C. Nautius Rutilius (1).

On vit dans le Capitole des loups, qui furent mis en fuite par les chiens. Ce prodige fut cause que l'on procéda à la purification de tout le Capitole. Les Éques, à qui, l'année précédente, on avait accordé la paix, rompant le pacte contracté, dévastèrent, sous le commandement de Gracchus Chélius, le territoire du Latium et de Tusculum, et vinrent établir leur camp au mont Algide. L. Minutius, qui avait marché contre eux, eut le malheur de rester assiégé dans son camp, jusqu'au moment où Quintius Cincinnatus vint enfin le délivrer. Les Éques furent alors vaincus, et réduits à passer sous le joug.

(1) An de R. 296.

XVIII. L. Val. Potito, M. Valerio, M. Furio Camillo, etc., tribb. mil. cons. pot.

[Lacus in Albano nemore sine ullis cœlestibus aquis, causave alia, quæ rem miraculo eximeret, in altitudinem insolitam crevit. Quum autem ab oraculo sciscitaretur, quid ea res portenderet? responsum est, ut aquam ejus lacus emissam per agros diffunderent; sic enim Veios, quos acri ac diutino bello vexabant, in potestatem populi Romani venturos. Quod ubi factum est, hostium urbe potiti sunt. Tarquinienses novi hostes exorti, Romanorum agros, quos multis simul bellis, Volscorum ad Anxur, Æquorum ad Lavicos, et ad hoc Veienti quoque, Falisco, Capenatique bello occupatos videbant, depopulabantur: contra quos tamen Aulus Posthumius, et L. Julius voluntariorum manu profecti, turpiter fugarunt.]

XIX. P. Licinio, L. Ticinio, P. Menenio, Cn. Genutio, tribb. mil.

[Veiis jam post longam obsidionem expugnatis, quum Romani milites in urbis direptione, deorum etiam statuas Romam transferre conarentur, ac quidam, seu spiritu divino tactus, seu juvenili joco ad statuam Junonis diceret, Visne Romam, ire Juno? posteaquam capite annuisset, se libenter ituram, magna omnium admiratione respondit. Unde Romam in Aventinum æternam sedem

XVIII. Sous L. Val. Potitus, M. Valerius, M. Furius Camillus et autres, tribuns militaires revêtus du pouvoir consulaire ⁽¹⁾.

Un lac situé dans la forêt d'Albe éleva ses eaux à une hauteur extraordinaire, sans qu'il y eut eu de pluies, ni d'autre cause qui pût empêcher de considérer cet effet comme surnaturel. L'oracle, interrogé sur ce qu'un pareil événement pouvait présager, répondit qu'on eût à répandre dans les champs les eaux de ce lac, parce qu'alors les Véiens, auxquels on faisait une guerre opiniâtre et continuelle, seraient forcés de se soumettre au pouvoir du peuple romain. Immédiatement après que cela eut été exécuté, la capitale des ennemis fut prise par les Romains. Cependant de nouveaux ennemis, les Tarquiniens, voyant les Romains occupés à Anxur contre les Volsques, à Lavice contre les Éques, et, de plus, obligés de résister aux Véiens, aux Falisques et aux Capénates, se mirent à ravager leur territoire. Mais Aulus Posthumius et L. Julius, s'étant avancés contre eux à la tête d'une troupe de volontaires, leur firent prendre honteusement la fuite.

XIX. Sous P. Licinius, L. Ticinius, P. Menenius, Cn. Genutius, trib. milit. ⁽²⁾.

Les Véiens ayant été forcés de se rendre à la suite d'un long siège, les soldats romains, pendant le pillage de la ville, se mirent en devoir de transporter à Rome jusqu'aux statues des dieux. Or, comme un d'entre eux, soit par l'effet d'une inspiration divine, soit par un mouvement de gaîté juvénile, disait à la statue de Junon : Veux-tu aller à Rome, Junon ? l'image de la déesse, après avoir fait de la tête un signe d'affirmation, répondit, au grand

(1) An de R. 356. — (2) An de R. 358.

suam ducta est, quo vota dictatoris vocaverant, templumque ei a Camillo dedicatum est.]

XX. Q. Servilio Hala, L. Genutio II, coss.

[Romæ in medio foro, sive motu terræ, sive qua vi alia, terra specu vastissimo collapsa est, quam terræ voraginem nemo neque terræ conjectu, neque ulla quavis alia materia explere potuit. Inficiebantur autem ex editis inde vaporibus pestilentissimis multorum hominum corpora : quæ quum remedia omnia respuerent, rebus jam desperatis, deorum monitu, Marci Curtii strenui demum equitis animoso facinore liberati sunt. Posteaquam enim se pro salute patriæ in specum armatus præcipitasset, pestis statim post multorum funera sedata est.]

XXI. L. Furio Camillo, Appio Claudio Crasso, coss.

[In eo bello, quod Romani, duce Camillo, contra Gallos gesserunt, Valerio tribuno militum adversus Galum provocatorem pugnanti, corvus galeæ insedit : qui non tantum sedem semel captam tenuit, sed quotiescunque certamen initum est, levans sese alis, os oculosque hostis rostro et unguibus appetiit, donec territum pro-

étonnement de tous, qu'elle irait volontiers. On la transporta donc à Rome, sur le mont Aventin, lieu où le dictateur avait manifesté le désir qu'elle fût placée, pour y demeurer à perpétuité, et Camille lui éleva un temple.

XX. Sous les consuls Q. Servilius Hala et L. Genutius II (1).

A Rome, au milieu de la place publique, soit par l'effet d'un tremblement de terre, soit par toute autre cause, le sol s'affaissa et se convertit en un immense abîme, que chacun tenta, mais vainement, de combler avec de la terre et toutes sortes d'autres matières. Or il en sortait des vapeurs extrêmement pestilentiellles, qui attaquaient une infinité de personnes. Comme tous les remèdes devenaient impuissants, et qu'il ne restait plus d'espoir contre un pareil mal, le brave chevalier Marcus Curtius, dans un mouvement d'inspiration divine, sauva, par un trait de courage, le peuple réduit au désespoir. Car après qu'il se fut précipité tout armé dans l'abîme, pour le salut de la patrie, la peste, qui avait déjà moissonné un grand nombre de victimes, cessa aussitôt.

XXI. Sous les consuls L. Furius Camillus et Appius Claudius Crassus (2).

Dans la guerre que les Romains firent contre les Gaulois, sous le commandement de Camille, un corbeau s'abattit sur le casque de Valerius, tribun des soldats, pendant qu'il combattait contre un Gaulois qui l'avait provoqué. L'oiseau ne se borna pas à demeurer au poste qu'il s'était assigné; mais, toutes les fois que le combat recommença, se soutenant dans l'air au moyen de ses

(1) An de R. 392. — (2) An de R. 405.

digio Gallum, ac oculis simul et mente turbatis, Valerius obtruncasset.]

XXII. C. Martio III, T. Manlio Torquato II, coss.

[Quum Junoni Monetæ in eo Urbis loco, ubi Manlii domus fuit, ædes dedicaretur, prodigium extemplo dedicationem sequutum, simile vetusto montis Albani prodigio. Lapidibus enim pluit, et nox interdiu visa est intendi. Feriæ proinde sunt indictæ, nec tantum a Romanis tribubus supplicatum, sed a finitimis etiam populis. Judicia eo anno populi in fœneratores facta, quibus est ab ædilibus dicta dies. Proximo vero anno bellum cum Samnitibus ortum est, gente tum opibus et armis validissima : quod bellum mox aliud cum Pyrrho rege et cum Pœnis gravissimum peperit.]

XXIII. Q. Fabio Maximo Rutiliano V, P. Decio Mure IV, coss.

[Terra de cœlo pluit, et in exercitu Appii Claudii plerique fulminibus icti sunt. Infestis eo anno armis cum Samnitibus pugnatum est. Pestis mirum in modum per totam Italiâ, et in Urbe potissimum, grassata est. Galli a Fabio victi ac in fugam versi sunt. Fulvius in Hetruria feliciter contra Thuscos pugnavit.]

ailes, il assaillit de son bec et de ses ongles le visage et les yeux de l'ennemi, jusqu'à ce que Valerius fût parvenu à trancher la tête du Gaulois, qu'un pareil prodige avait rempli d'effroi, et dont la vue et l'esprit étaient troublés.

XXII. Sous les consuls C. Martius III et T. Manlius Torquatus II (1).

Comme l'on consacrait un temple à Junon Moneta, à l'endroit de la ville où avait été la maison de Manlius, il survint tout à coup, après la dédicace, un prodige semblable à celui qui était arrivé, longtemps auparavant, sur le mont Albain. Il tomba une pluie de pierres, et il fit nuit au milieu du jour. Des fêtes furent indiquées à cette occasion, et des prières publiques furent faites, non-seulement par les tribus romaines, mais encore par les populations voisines. Des jugements du peuple furent rendus cette année contre les usuriers, auxquels les édiles assignèrent un jour pour comparaître. L'année suivante, on eut la guerre avec les Samnites, nation alors très-puissante par ses richesses et par ses armes. Cette guerre en suscita bientôt une autre des plus dangereuses contre le roi Pyrrhus et les Carthaginois.

XXIII. Sous les consuls Q. Fabius Maximus Rutilianus V et P. Decius Mus IV (2).

Il tomba du ciel une pluie de terre, et, dans l'armée d'Appius Claudius, beaucoup de soldats furent frappés de la foudre. Cette année, on eut contre les Samnites une guerre malheureuse. La peste fit des ravages extraordinaires dans toute l'Italie, et principalement à Rome. Les Gaulois furent vaincus et mis en fuite par Fabius. Fulvius combattit avec succès dans l'Étrurie contre les Tusciens.

(1) An de R. 410. — (2) An de R. 457.

XXIV. M. Curio Dentato II, L. Cornelio Lentulo, coss.

[Inter alia prodigia, fulmine est etiam dejectum Jovis in Capitolio signum, cujus caput per aruspices inventum est. Pyrrhus contra Romanos bellum suscepit, qui a Curio victus, et Tarentum fugatus est. Mox Tarentini iterum nova adversus Romanos arma moverunt, Carthaginensium auxilia per legatos poscentes : quos tamen iterum vicerunt Romani.]

XXV. Q. Fabio Maximo Pictore, L. Quintio Gulone, coss.

[Obscena prodigia, et dira Romæ visa sunt. Ædes enim Salutis ictu fulminis dissoluta, pars muri sub eodem loco de cœlo tacta. Lupi tres ante lucem ingressi Urbem, semesum cadaver intulerunt : sparsumque membratim in foro, ipsi strépitu hominum exterriti, reliquerunt. Apud Formias multis ictibus fulminum mœnia undique ambusta et dissoluta sunt. Apud agrum Calenum repente flamma, scisso hiatu terræ eructa, tribus diebus et tribus noctibus exæstuans, quinque agri jugera, exhausto penitus succo ubertatis, in cinerem extorruit, ita ut non fruges solum, sed etiam arbores cum imis stipitibus absumpserit. Hoc anno Picentes, novi hostes facti, Romana in se arma excivere.]

XXIV. Sous les consuls M. Curius Dentatus II et L. Cornelius Lentulus (1).

Entre autres prodiges, la statue de Jupiter, placée dans le Capitole, fut renversée par la foudre; sa tête fut retrouvée par les aruspices. Pyrrhus entreprit la guerre contre les Romains, fut vaincu par Curius, et repoussé jusqu'à Tarente. Bientôt après, les Tarentins, ayant envoyé des ambassadeurs aux Carthaginois, pour leur demander du secours, recommencèrent la guerre contre les Romains, qui les vainquirent de nouveau.

XXV. Sous les consuls Q. Fabius Maximus Pictor et L. Quintius Gulo (2).

On vit à Rome des prodiges effrayants et de sinistre augure. Le temple de la déesse Salus fut démoli par la foudre, qui frappa dans le même endroit une partie du mur. Trois loups entrèrent avant le jour dans la ville, portant un cadavre à moitié dévoré, dont ils dispersèrent, au milieu de la place publique, les membres qu'ils abandonnèrent, effrayés par le bruit du peuple. A Formies, la foudre frappa de coups nombreux les murs qu'elle brûla et fit crouler de toutes parts. Dans le territoire de Calès, la terre s'étant entr'ouverte, il en sortit tout à coup une flamme qui dura trois jours et trois nuits, dessécha entièrement et convertit en cendres cinq arpens de terrain, de telle sorte que les fruits y furent consumés, et même les arbres jusqu'à leurs plus profondes racines. Cette année, Rome trouva de nouveaux ennemis dans les Picentins, contre lesquels elle se vit obligée de prendre les armes.

(1) An de R. 479. — (2) An de R. 485.

XXVI. P. Sempronio Sopho, Appio Claudio Rufo, coss.

[Sempronius consul quum adversus Picentes exercitum duxisset, et jam directe intra jactum teli utraque acies consisteret, repente cum horrendo fragore terra ita contremuit, ut stupore miraculi utrumque pavefactum agmen hebesceret. Verum mox in certamen progressi, bellum adeo atrox fuit, ut merito dicatur, humanum tantorum hominum sanguinem suscepturam, etiam cum gemitu horrissono tunc terram tremuisse : in quo tamen prælio Romani, quorum pauci evaserant, vicerunt.]

XXVII. M. Valerio Maximo, Q. Mamilio Vitulo, coss.

[Inter multa alia prodigia, sanguis e terra, et lac de cœlo manare visum est : nam et pluribus locis scaturiens e fontibus cruor fluxit, et de nubibus guttatim in speciem pluviae lacte demisso, diri terram imbres irrigaverunt. Eo tempore Carthaginienses, dato adversum Romanos auxilio Tarentinis, quum a senatu per legatos arguerentur, turpissimam rupti foederis labem præsumptam, accumulavere perjurio. Sequutum est quoque libertinorum Volsciensium adversus dominos conspirantium, nefandum scelus, qui tamen mox duce Fabio Gurgite poenas dederunt. Pestilentia etiam crudelissima hoc anno Urbem invasit.]

XXVI. Sous les consuls P. Sempronius Sophus et Appius Claudius Rufus (1).

Le consul Sempronius s'étant mis en marche avec ses légions pour attaquer les Picentins, au moment où les deux armées étaient déjà en présence, à la portée du trait, il survint tout à coup un tremblement de terre si violent et accompagné d'un si horrible fracas, que les soldats des deux armées demeurèrent stupéfaits d'un tel prodige. Toutefois on en vint bientôt aux mains, et le carnage fut tellement affreux, qu'on a dit, non sans raison, que la terre, sur le point d'être arrosée du sang d'un si grand nombre d'hommes, trembla, en faisant entendre un horrible bruit de gémissements. Les Romains pourtant sortirent vainqueurs de ce combat, mais après y avoir perdu la plus grande partie de leur monde.

XXVII. Sous les consuls M. Valerius Maximus et Q. Mamilius Vitulus (2).

Entre autres prodiges nombreux, on vit du sang sortir de terre et du lait tomber du ciel : en plusieurs endroits, du sang coula des fontaines, et des pluies de lait mouillèrent la terre d'une rosée qui annonçait la colère des dieux. Dans le même temps, les Carthaginois, auxquels le sénat avait adressé des reproches, par l'organe de ses ambassadeurs, pour avoir fourni du secours aux Tarentins contre les Romains, ajoutèrent le parjure à leur ignominieuse violation de la foi des traités. Éclata ensuite la conspiration des affranchis volsques contre leurs maîtres, crime horrible dont Fabius Gurgès leur fit bientôt subir le châtimement. Cette année encore, la ville de Rome fut désolée par une épidémie des plus affreuses.

(1) An de R. 486. — (2) An de R. 489.

XXVIII. L. Valerio Flacco, L. Octacilio Crasso, *coss.*

[Romæ columna ante Jovis ædem, vi turbinis est decussa, cum aureo signo. Quo viso, ex aruspicum responso omnes magistratus se primo quoque die autoritate abdicarunt. Eo anno exercitus Romanorum ingens in Siciliam missus, multos ad defectionem compulit. Vastata est interea et Italiæ ora ab altera Carthaginiensium classe, quum interim Africa ab omni hostili injuria immunis esset.]

XXIX. M. Attilio Regulo Serrano II, Cn. Cornelio Bleso, *coss.*

[Serpens in Africa portentosæ magnitudinis apparuit, quem Attilius Regulus cum maxima militum clade difficulter catapultis et balistis, veluti molem quamdam expugnavit: qui quum aliquoties jam adversus Carthaginienses pugnasset, eo anno ab hostibus captus est. Hujus autem serpentis exuviæ centum viginti pedum longitudine fuisse feruntur, et ejus maxillæ usque ad Numantinum bellum in publico pependisse dicuntur.]

XXX. C. Quintio Flaminio, P. Furio Philone, *coss.*

[In Piceno flumen sanguine affluxit; apud Thuscos cœlum ardere visum; Arimini nocte multa lux clara effulsit, tres lunæ distantibus cœli regionibus exortæ; magno terræ motu Caria et Rhodus insula adeo concussæ sunt, ut la-

XXVIII. Sous les consuls L. Valerius Flaccus et L. Octacilius Crassus (1).

A Rome, devant le temple de Jupiter, un violent tourbillon de vent renversa une colonne, avec une statue d'or. Après cet événement, tous les magistrats, sur la réponse des aruspices, se démirent incontinent de leur autorité. Cette année, une grande armée romaine fut envoyée en Sicile, où sa présence détermina une partie considérable de la population à se soumettre volontairement. Cependant les Carthaginois, qui n'avaient alors à craindre, en Afrique, aucune espèce d'hostilités, envoyèrent une seconde flotte dévaster les côtes de l'Italie.

XXIX. Sous les consuls M. Attilius Regulus Serranus II et Cn. Cornelius Blesus (2).

En Afrique, apparut un serpent d'une grandeur monstrueuse, qu'Attilius Regulus attaqua comme une forteresse, avec des catapultes et des balistes, et qu'il ne vainquit qu'avec peine, en perdant un grand nombre de soldats. Attilius, après plusieurs combats livrés aux Carthaginois, fut pris par eux cette année même. La dépouille de ce serpent avait, dit-on, cent vingt pieds de longueur, et l'on assure que ses mâchoires restèrent suspendues en un lieu public jusqu'à l'époque de la guerre de Numance.

XXX. Sous les consuls C. Quintius Flaminius et P. Furius Philon (3).

Dans le Picenum, les eaux d'un fleuve se changèrent en sang; chez les Thusciens, le ciel parut embrasé; à Ariminum, il fit grand jour au milieu de la nuit, trois lunes ayant paru à trois endroits du ciel, distants les uns des

(1) An de R. 493. — (2) An de R. 497. — (3) An de R. 531.

bentibus vulgo tectis, ingens quoque Colossus corruerit. Eodem anno Flaminius adversus Gallos confligit, et vicit; anno vero proximo Claudius Marcellus iterum profligavit, capto Viridomaro rege; et inter multa Insubrium, quos ad deditionem coegerat oppida, Mediolanum quoque urbem florentissimam cepit.]

XXXI. Cn. Servilio Geminio, C. Quintio Flaminio II, cons.

[Romæ, in foro Olitorio, infans semestris triumphum exclamavit; in foro Boario bos in tertiam contignationem sua sponte ascendit, atque inde habitatorum tumultu territus, sese deiecit. Navium species in cœlo visa; Spei templum in foro Olitorio fulmine ictum; Lanuvii hasta se commovit; corvus in ædem Junonis devolavit, atque in ipso pulvinario consedit; in agro Amiternino multis locis hominum species procul candida veste visæ; in Piceno lapidibus pluit; in Sardinia, in muro circumeunti vigilias equiti, scipio, quem manu tenebat, et in Sicilia aliquot militibus spicula arserunt, litora crebris fulserunt ignibus; milites fulminibus icti; solis circulus minui visus est; Præneste ardentes lampades de cœlo ceciderunt; Arpis parma in cœlo; luna cum sole certare, et interdiu etiam duæ lunæ visæ; Cærete aquæ sanguine mixtæ fluxerunt; fons Herculis sparsis hinc inde maculis cruentis manavit; Antii metentibus cruentæ in corbem spicæ ce-

autres; un violent tremblement de terre occasionna une telle secousse en Carie et dans l'île de Rhodes, que la plupart des maisons s'écroulèrent, et que l'énorme colosse fut renversé. La même année, Flaminius combattit contre les Gaulois, et fut vainqueur; l'année suivante, Claudius Marcellus les défit de nouveau, prit leur roi Viridomare, et s'empara de la très-florissante ville de Mediolanum, après avoir déjà soumis un grand nombre d'autres places de l'Insubrie.

XXXI. Sous les consuls Cn. Servilius Geminus et C. Quintius Flaminius II (1).

